



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

15. Post quadraginta dierum ieiuniu[m] in deserto, Christus ter tentatus à
Satana, vincit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus. S. Marcus.

sicut colū-
bam, & ve-
nientē su-
per se. Et
ecce vox de
cælis dicēs,
Hic est fili-
meus dile-
ctus in quo
mihi com-
placui. * 15.

S. Lucas.

chor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau,
qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui
fuit Sale, qui fuit Cānan, qui fuit Ar-
phaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë,
qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale,
qui fuit Henoeh, qui fuit Iared, qui
fuit Malaleel, qui fuit Cānan, qui fuit
Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam,
qui fuit Dei. * 15.

S. Iohannes.

CAP. 15. Post 40 dierum ieiunium in deserto, Christus tentatus à Satana
vincit. Matth. Cap. 4. * 14. Marc. Cap. 1. * 14. Luc. Cap. 4. * 14.

S. Matthæus.

Tunc Iesus ductus
est in desertum à
Spiritu, vt tenta-
retur à Diabolo.
Et cū ieiunasset 40.
diebus & 40. noctibus,
postea esuriit. Et acce-
dens tentator dixit ei, Si
filius Dei es, dic vt lapi-
des isti panes fiant. Qui
respōdens dixit, Scriptū
est, Non in solo pane vi-
uit homo, sed in omni
verbo quod procedit de
ore Dei. Tunc assumpit
eū diabolus in sanctā ci-
uitatē, & statuit eū super
pinnaculū tēpli, & dixit
ei, Si filius Dei es, mitte
te deorsum. Scriptum est
enim, Quia angelis suis

S. Marcus.

Et statim
Spiritus
expulit eū
in desertū.
Et erat in
deserto 40.
diebus, &
40. nocti-
bus, & ten-
tabatur à
Satana. e-
rat q; cum
bestijs, &
Angeli mi-
nistrabant
illī. * 23.

S. Lucas.

IESVS autē plenus Spi-
ritu Sancto, regressus
est à Iordane, & age-
batur in Spiritu in de-
serto, diebus 40. & ten-
tabatur à diabolo. Et ni-
hil māducauit in diebus
illis, & consummatis illis
esuriit. Dixit autē illi dia-
bolus, Si filius Dei es, dic
lapidi huic vt panis fiat.
Et respōdit ad illū Iesus,
Scriptū est, Quia non in
solo pane uiuit homo,
sed in omni verbo Dei.
Et duxit illū diabolus in
montē excelsū, & ostē-
dit illi omnia regna or-
bis terræ in momēto tē-
poris, & ait illi, Tibi da-
bo potestatem hanc vni-

S. Iohannes.

| S. Mattheus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|------------|---|--------------|
| <p>mādabit de te, & in manibus tollent te, ne fortē offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi Iesus rursū, Scriptum est, Nō tētabis Dominum Deum tuum. Iterū assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriā eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana, scriptū est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. * 23.</p> | | <p>uerfam, & gloriā illorū, quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Tu ergo si adoraueris coram me, erūt tua omnia. Et respōdens Iesus, dixit illi, Scriptum est, Dominū Deū tuum adorabis, & illi soli seruiēs. & duxit illum in Ierusalē, & statuit eū super pinnā tēpli, & dixit illi, Si filius Dei es mitte te hinc deorsum. Scriptū est enim, quōd Angelis suis mandauit de e, vt conseruent te, & quia in manibus tollēt te, ne fortē offendas ad lapidē pedē tuum. Et respondens Iesus, ait illi, Dīctum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Et cōsummata omni tētatione, diabolus recessit ab illo, vtque ad tempus. * 23.</p> | |

CAP. 16. Iohannes publicē testatur de Christo. Iohan. Cap. 1. * 3.

| S. Mattheus | S. Marcus. | S. Lucas. | |
|-------------|------------|-----------|--|
| | | | <p>Iohannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicēs, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium</p> |